



Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

[37. Prosper Stellarrius Augustinomachiæ Dissert. XVI.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

linguâ rumpit vocem , & exprimit
nomen NICOLAI. Hoc solo per-
culsi hostes elanguere viribus è ve-
stigio , & hospitem suum hospi-
tiumque deserere. At illi visus ob-
longus palus in manum tradi , ope-
que invisâ NICOLAI in tutum de-
poni , deduciique in templum ante
Eucharisticum Sacramentum. Ubi
semianimis. adolescens tenui voce
Te Deum laudamus ordiri ; prosequi
Fratres , *Te Deum confitemur* , & hy-
mnum cum plausu absolvere. Ado-
lescens exinde fospes & ab omni
Orci molestiâ liber vixit.

Hæc privata sunt , quæ ex innu-
meris paucula huc adduximus: pu-
blica beneficia quām multæ civita-
tes tabulis suis æternū commen-
darunt ? Cordubam uno anno cen-
tum & quindecim inscripsisse , sub-
scripsisse urbis Antistitem auctore
non obscuri tradiderunt. Audi-
te , si libet , unum Stellartium. An-
no M. D C I. Cordubam pestis in-
vasit immitis adeò & serpens , ut
,, nec Medicorum succi aut her-
,, bæ furentis Furiæ impetum fran-

37.
Prosper
Stellar-
ius Au-
gustino-
machiae
Dissert.
XVI.

gere vel coërcere valerent. „

pugnatum est arte medendi:

*Exitium superabat opes, vicit & q̄, ja-
cebant.*

Adspiceret flētes alios, terraq̄, jacētes

*Hic, illic, ubi mors deprenderat, ex-
halantes.*

38.

*Cordu-**bam à**peste li-**berat**, S.NL.**CO-**LAVS.*

Urbem magnam campum dixisse, „
ubi corvi tantū qui edant, aut ca- „
davera quæ edantur. Ab humanis „
igitur ad vota Superūm conversi „
præsentem Numinis opem sensere „
languentes. Quosque Æsculapius „
neglexerat, tutelari curæ suæ ad- „
sumpsit SANCTVS NICOLAVS To- „
LENTINVS. Favorem multis ma- „
gnisque comprobatum miraculis „
sensere non modò cives, sed & ex- „
teri. Unicum jungo, id est primum, „
quo innotuit. Anni præfati mense „
Septembri, puerulus quidam sub „
inguen dexterum vitiatus peste, „
moribundus à matre plorabatur. „
Jam in ovi umbonem malum cre- „
verat; jam nigrotem induerat, jam- „
que in lapidem induruerat. Mater- „
nis oculis nil nisi mors obviabat. „
Et quod sit, dum lacrimas morienti „

D 5 miscet,